

diu, nec cum profectu: imò qui sordet, sordescat magis.
 Bonis aliunde est consultum: et posset tandem, ubi tem-
 pus erit, hoc est ubi Cadmai fratres sat fuerint multum
 tumultuati, commune aliquod scriptum edi de toto hoc
 negotio *ὑπογραφῶν*. Hoc tibi de sententiâ collegarum
 meorum scribo. si tamen illis vel etiam vobis *δυσέρχων* vi-
 debitur, non obstantibus: et optamus, ut bene cedat. Vale vir
 Clarissime, et me, quod facis, ama. Dominus te diu incole-
 nem Ecclesie seruet, et sanctis laboribus tuis in dies bene-
 fiat. Saluta ex me D. Polanum, Amicum et hospitem
 meum suavissimum. Heidelbergae 27. Julij 1597.

J. Candido J. Pareus salutem.
* Missa sunt his diebus ad nos scripta Baalitarum Saxonum
novem contra Anhaltinos pro idolis; Deas bona; quam videri
et se arrilia pleray. Omnes se tegunt types libertatis Christiana
et exemplis. Statum controversia astute movent, et ad popularem
Positionem pro statu concitandum omnes valde apposite deda-
mant. Certè Luther aliud molitur. D. Amelingi apologeticus
ad nos etiam missus tandem diu alicubi detentus. Hoc igitur cer-
tamen de idolis postliminio excitatum reliquis deinceps non sine
magnis motibus accedet. sed vivat Deus! idola autem peribunt de
terrâ et qui pugnat pro eis; nisi forte hoc est justum Dei ju-
dicium, ut his sacerdotibus pro vino isti Evangelici tam diu delici-
entur, dum gurgite veteris idolomanie denuò absorbeantur.
Quotquot idolis contradicunt, Mahummedani istis sunt, et Mahum-
medismum familiariter in ore habent. Utinam eum non attrahe-
rent hæc sua xda voraria, qui jam videtur esse pro foribus. Vale.
Vir Reverende. Heidelbergæ 11. Julij Anno 1597.